UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae, Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de Liesse dictam effulsere

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Domina quædam cœnobij Malbodiensis à Dæmonio possessa, magnum leuamen experitur Cheruiam vsque perducta, & tandem in totum liberatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59700

Visual Library

DOMINA QVAEDAM COENOBI[illegible]
*Malbodienſis à Dæmonio poſſeſſa, magnum
leuamen experitur Cheruiam vſque
perducta, & tandem in to-
tum liberatur.*

CAPVT. XLVIIII.

ANno eodem Magiſter Ioannes à P[illegible]
quinia, Canonicus Malbodienſis, & p[illegible]
ter confeſſarius cuiuſdam Dominæ Mo[illegible]
ſterij Malbodienſis à Dæmonio obſeſſæ [illegible]
niens cum ipſa, fuſis ab ipſo ad Deum prec[illegible]
in Eccleſia S. Guisleni, proſequebatur [illegible]
ptum iter verſus Cheruiam non ſine adm[illegible]
da difficultate & moleſtia, idque præc[illegible]
accederent prope, vt dici ſolet, Nouamd[illegible]
Nam omiſſis plurimis alijs moleſtijs, d[illegible]
eo debilitatis & miſeriæ eam redegit, v[illegible]
manitus loquendo, nullatenus videretur [illegible]
ſe Cheruiam vſque pertingere. Quo tamen [illegible]
bi peruenit non ſine corporis & animi a[illegible]
ſtia, qua maior vix dici poſſit, confeſtim [illegible]
gnum ſuæ infirmitatis leuamen perſenſit, [illegible]
die immediate ſequenti, facta confeſſio[illegible]
perceptaq; ſacra ſinaxi hoſtiæ ſanctiſſimæ, [illegible]
Malbodij repetijt, nō ita grauiter vt antea, [illegible]
torta eſt: ibidemq; etiam participās ſacræ co[illegible]
munioni, in totū eam Diabolus deſeruit, [illegible]
aures miſeræ emittens & conſpectibus in[illegible]
tium obijciens veluti flammam ignis tali cum
ſtupo[illegible]

ſtupore dictæ Dominæ, vt ſine ſenſu, ſine motu quaſi emortua permaneret: ſed ſtatim poſteà ad ſe reuerſa ſibique reddita, nullam exindè ab hoſte paſſa eſt moleſtiam, Cui certã fidem fecit prædictus Dominus à Picquenia, menſis Septembris anno ſupradicto: qui comitatus dicta domina multoties adhuc venit ad dictam ædiculam non ingrata gratiarum actione proſecuturus Matrem miſericordiæ, Virginem Mariam.

PVERVLVS DVOBVS ANNIS ORbatus lumine oculorum, viſum & lumen recipit, vbi parentes eius B. virgini ſeipſos deuouerunt peregrinos.

CAPVT L.

ANno ſupra milleſimum 1589. Octobris, die penultimo, Iſaias à Bougnia & Ioanna Motigenia Villici inhabitantes pagum Archianum, vbi ad ædiculam ſanctam ſanctè peruenerunt, voti ſoluendi gratia facti in honorem Dei & benedictæ Virginis, poteſtati ſunt quomodo eorum proles nomine Iacobus annos tres natus, cæcus fuerat duobus annis integris: ſed ſimul atque pijs precibus cõfugerunt ad miſerorum patronam, ſimul ſeipſos Cheruiam peregrinos deuouentes, puer, qui prius orbatus erat lumine oculorum viſum recepit: vnde omni cum humilitate ei gratias acturi venerant.